


ED composita dicitur ejusdem Diame-
ter. Ejusmodi autem & Radij ex centro
E ad quodvis punctum circumferentiæ,
& Diametri ex quocunq; circumferen-
tiæ puncto per centrum E ad punctum
priori oppositum omninò possunt du-
ci, uti dictum, innumeræ. Quia deniq;
centrum E est totius figuræ punctum
intermedium, nemo dubitare poterit, quin Diameter per me-
dium transiens & circulum, & circuli circumferentiam in duo
æqualia ABE D & BED C dispescat.



Diametri etiam diversorum circulorum sunt medium
comparationis eorundem.

Siquidem circuli, quorum Diametri sunt æquales, &
ipsi æquales sunt.

Circuli verò, quorum diversæ sunt Diametri, & ipsi dif-
ferunt, majorq; est ille circulus, cujus Diameter est
major; minor ille, cujus Diameter minor.

Imò Circulus ad Circulum ita se habet, ut Quadratum
Diametri unius circuli, ad Quadratum Diametri al-
terius.

Secundariæ lineæ Circulo adscriptæ sunt vel intra cir-
cumferentiam ejusdem, vel eandem aut secant aut
foris attingunt.

Quæ intra circumferentiam, eæ 1. aut ad Diametrum
Parallelæ sunt aut non; 2. aut cum eâdem concur-
runt, aut eandem intersecant.

Linearum ad Diametrum & inter se Parallelarum ma-
xima